mare mortuum seu maledictum intrat et ultra non appet et e
hic questio i oriete cur aqua tam bndta intret aqua tam ma
ledictam et dicunt quidam quod io ut maledicto vinq tempet p
bndtonem alterius Alii dicunt quod i introitu absorbeat et utrumque
hic est credendum videtur tamen magis credibile quod a terra absorbeat
Nam Jordanis aliquando per aquas pluviales undique de montibus
venientes tam magna fuisset quod impossibile esset tantas aquas
i mare intrare et non inundare et omnia circa loca sub
mergere Et durat fluvius Jordanis ab ortu usque ad fine
circa lxxx milliaria Juxta fluvium Jordanis sunt quamplurima
arbores spissima et monstra et heremitoria graciosa Item iuxta
eum innumerabilia cernuntur animalia silvestria parva et magna
omni vespere se adaquantia ut leones vulpes lepores capreoli
et huiusmodi qui iuxta littus incedunt ut animalia domestica et
capiuntur a rusticis in maxima multitudine et venduntur Non longe ab
hoc loco e locus qui vocatur ad tumulos Jordanis vocatur
ubi filii Ruben et Gad et dimidia tribus Manasse dum ad
possessiones redirent altare mire magnitudinis construxerunt
De Jordane in tribus diebus perveniunt in Galilea Judea et Sa
maria et diversis visis in itinere dimittunt historiis a si
nistris et perveniunt in Ramatha civitate quondam pulchra

Ramatha

et adhuc competenter inhabitata sita in monte Effraim In qua
habitat Cadi i episcopus Sarracenorum et quondam multi peregrini ibidem
fuerunt capti et cum magno labore recuperati In hac
civitate Samuhel propheta fuit ortus et est ibidem sepultus
Juxta hanc est Abacuk portans messoribus prandium raptus
e ab angelo et ad Danielem propter Babilon ad ~~lacum~~ lacum
leonum depositum Non longe ab ea fuit quondam alia civitas
pulchra sed nunc deserta dicta Arimathia unde Joseph Joseph

Arimathya

qui Christum sepelivit fuit ortus Prope hanc ad decem milliaria
quondam civitas famosa sed nunc e parva villa fuit sita nomine
vocata Sylo in qua solebat esse archa federis et ibidem hebrei

Sylo

ad orandum convenerunt Non longe a Sylo est civitas &